

Siradienses: Troyanowski 190, Budzowski 190. Sex equi domini capitanei.

Lancicienses: Orlowski 180; tres equi domini capitanei.

Cuyavienses: Georgius Rokithnyczki 160, Valerianus Rokithnyczki 60. Sex equi domini capitanei per decem florenos.

Plocenses: Skarbnyk 140; quinque equi domino capitaneo per decem florenos.

Rawenses: Kurdwanowski 120, Baliczska 140; quattuor equi domini capitanei includuntur per decem florenos.

Equites Mazowienses: Cziolek 200, ...^q 100; octo equi domino capitaneo per decem florenos.

Pedites earundem terrarum: Albertus Lyesznyczki 150; tres equos habebit.

Ponatur certum tempus distribuendi pecunias pro uno tempore tam in Maiori Polonia quam in Minori, post distributionem vero tempus conscribendi assignetur in quattuor hebdomadis. Finis scedae magnifici domini capitanei exercituum regni.

IV. LITTERAE REGIAE MAIESTATIS EX CONVENTU GENERALI WARSCHOUIENSIA^a

Sigismundus, Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiaeque etc. dominus et heres. Significamus tenore praesentium, quorum interest universis, quia nos habentes commendatum in defensione regni nostri ardorem et affectum et erga nos obsequiorum et oboedientium promptitudinem universorum regni nostri consiliariorum et nuntiorum terrarum in eodem conventu congregatorum, eis universis et singulis subditis nostris in regno et dominiis nostris constitutis providentes duximus et declarando providemus et cum ipsis anno praesenti in conventu generali regni Varschauie ex mandato nostro celebrato, contributionem octo videlicet grossos de quolibet manso seu laneo possessionato pro defensione regni et pro stipendio militum mercenariorum solvendos consensissent et constituissent. Ea ipsorum consentiendi liberalitas trahi non debebit ad succendentia tempora in exemplum, neque iuribus ipsorum et libertatibus quibusvis praeiudicium aliquid et iacturam generare poterit in posterum. Harum quibus sigillum nostrum annulare est subimpressum, testimonio litterarum. Datum Vilnae, dominica Conductus Paschae, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono [4 IV 1529], regni vero nostri anno vigesimo tertio. Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium.

^q W rękopisie brak nazwiska.

^a Z rękopisu Archiwum Państwowego w Poznaniu, Księgi ziemskie poznańskie, t. 28, mkrf. 152243, k. 620 v., odczytała I. Dwornicka.